



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

Processio in die pentecostes. c. 15

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**



nos orphanos: sed mitte promissus patris in nos spi-



rita, al le lu ia, ne, Alleluia, re.

Et dominus in voce tube. Alla. Et sacerdos. Oremus. Dio.

**O**eus, cuius unigenitus in alta celorum potenter ascendens, captiuitatem nostram sua duxit virtute captiuas, tribue, quesumus, vt dona, que suis participibus contulit, largiatur et nobis Iesus Christus filius tuus Dominus noster: Qui tecum viuit et regnat per omnia secula seculorum. *Responsorium. Amen.*

**D**e processione in festo Pentecostes. *Cap. 15.*



**I**n die festo Pentecostes in aliquibus ecclesijs fit talis processio. Finita tertia, sacerdos cum ministris paratis accedit ante altare in ianua et genuflexis omnibus, sacerdos incipit hymnum. **Veni creator spiritus,** et reliqui prosequuntur. Et dicto primo versu, argunt omnes presentibus acolytis cum cereis, cruce, et thuribulo, iunioribus procedentibus: et prosequentes hymnum predictum. Circueunt plateam ecclesie. Et facta processione intrant ecclesiam et firmant se clerici hinc et inde, et sacerdos in medio, donec terminet hymnus. Tunc incipitur introitus missae, et cantat usque ad **Gloria patri.** Interim alii clerici in eminenti loco positi, picunt folia rosarum et aliorum paulatim super sacerdotem. Dicto **Et**, post introitum, sacerdos dicit in cantu **Gloria patri,** et clerici prosequentes vadunt ad chorum, et sacerdos cum ministris ad altare: et missam prosequuntur. Et alicubi fit talis processio etiam duobus diebus sequentibus.



**D**e processione in festo corporis Christi. *Cap. 16.*  
**I**n festo sacratissimi corporis Christi fit ubique generalis processio sollemnissima: et induuntur clerici et religiosi sacris vestibus: et candelas in manibus deferunt ac ceteras. In hac processione cantantur hymni de festo corporis Christi. *Hy-*